

A 1917 年平定

III 763

III 52

SACRA TRIAS THEOLOGICA FI'DES, SPES, CHARITAS.

EX AM OENISSIMO
SCOTICÆ CULTURÆ VIRIDARIO DE-
sumpta, Gentilitio Magnæ

LIPPAYANÆ
FAMILIAE COLOSSO

inserata.

Q V A M
Tempore Celeberrimi Almae Provinciæ S.
Marie in Hungaria Capituli, Ordinis Fratrum Mino-
rum Strictioris Observantiae Reformatorum, discutien-
dam publicè proponent in Conventu Pozsoniensi Anno

M. DC. LI. Mense 7 Gru die 12
P. Fr. Ladislaus Peharnik, Cand. Phil: Lector, P. Fr. David
Obdrzalik, & P. Fr. Remigius Ramochahazy, in Generali
Studio Tyrnaviensi SS. Theol: Auditores.

P RÆS I D E
M. V. P. Fr. IOANNE BECHIO, EIUSDEM
ibidem Lectore ordinario.

S. August Serm. 22. de verb. Apost.
Domus DEI credendo fundatur, sperando erigitur, di-
ligendo probatur,


Régi nyomtatványok, Püspöki könyvtar, Kassa:
/309.15.j./

III 723
III 52
*Dicit te hodie in civitatem iumentum, & in columnam ferream, & in murum æreum super terram:
Ierem: cap. I.*



*In Cipis hic vivunt, viventque insignia
stlris,
Insignia post Cineres illa necesse morti.*

*Régi nyomtatvány
/309. ig. j./*
ILLVSTRIS-
SIMO ET
REVERENDISSIMO
PRINCIPI,
DOMINO^{AC}, DOMINO
GEORGIO
LIPPAY,
ARCHIEPISCOPO
STRIGONIENSIS,
LOCIQUE EIUSDEM COMITI
Perpetuo, Primi Hungariae
LEGATO NATO,
SUMMO ET SECRETARIO
Cancellario, ac Sacrae Cæsareæ Regiæq;
Majestatis Intimo
CONSILIARIO, &c.



O L O S S V M erigimus , Triadem
Cimirum Virtutum Theologicarum , Princeps
 Illustrissime , Colossum inquam meritò nuncu-
 pandum , qui non solum universi terrarum orbis
 cacumina , verùm etiam Divi illius Patriarchæ scalam facile
 superat . Tangebat illa solum cacumine cœlos , hæc verò su-
 per omnes cœlorum cardines sublimata , ad beatarum ac pu-
 riſſimarum mentium usq; domicilium erecto vertice , cæteros
 cœlorum orbes infrà se fitos contemplatur . Sternit funda-
 mentum Fides , in altum Spes struc̄turam sublevat , ac tandem
 operi coronidem perficiendo imponit Charitas . Magnificum
 tria hæc constituunt ædificium , hominem scilicet æternæ felici-
 tatis reddunt capacem , quem vertex hujus struc̄turæ Cha-
 ritas in altissimo cœlorum pægmate constituit , utq; adeò in
 altum enectus conjungatur Altissimo , efficit . Colossum igitur
 est quem erigimus ; quò autem jaci debeat , Tuus Gentilitius
 Illustrissime Princeps , monstrat metam colossum ; atq; si
 æquale gaudeat æquali , Tuo profectò hic nōster hodiè debe-
 bit copulari colosso . Verùm enim verò parce temeritati no-
 stræ , parce Princeps Illustrissime , quod hunc , quem erigi-
 mus , nostrum compellaverimus colossum , qui pridem Tuus , tot
 ac tantis argumentis , luce meridianâ clarius , comprobatur .
 Spectatis enim tot Illustrissimarum virtutum Tuarum incre-
 mentis , non solum hujus Sacrae Virtutum Theologica-
 rum

rum Triadis domicilium in Te conspicere , verùm adeò præcla-
 rum spectare licet , ut undequaq; ejus firmissimus colossus ,
 & judiceris & comperiaris . Etenim quis fatuus ore scelesto
 Te Princeps Illustrissime colossum esse negabit , Quem in-
 cylatum Pannoniæ Regnum suam agnoscit columnam ? Colum-
 nam Fide , Spe , & Charitate erectam , adeòq; stabilitam ,
 ut nullis novercæ fortune contrarijs eventibus turbari valeat ,
 quin in sublime Illustrissimum tollat verticem . Patriæ , Cæ-
 sari , & Deo semper fuiſti fidelis . Sperasti quod affecutus
 es , & benè ſperasti , ſperare enim quod haberi potest , ſuperis
 quoq; placitum eſſe comprobatur . Charitatis verò Tuæ mo-
 ri nesciam ſeculorum posteritas celebrabit memoriam , dum
 Cleri Hungarici Collegij Universalis fecundissima Proles , ſini-
 gulare Patriæ æmolumen tum , hujus charitatis Symbola æ-
 ternum deprædicabit . Ardebat quondam face Divini amoris
 succensum , Magni illius Ecclesiæ Antiftitis ac columnæ Au-
 gustini cor , adeò , ut omni studio , omni operâ , ac deniq; cona-
 tu in hoc infudaret , ut aberrantes Christi oviculas , è crudeli-
 bus tartarearum ferarum fauibus vindicaret , & ſinu matris
 Ecclesiæ reſtitueret , ac obſtinatos & perduelles hæreticorum
 impetus ac technas infringere , undè malleus hæreticorum eſt
 meritò nuncupatus . Ardent & Tua Princeps Illustris-
 sime divinæ ſuccensa igne Charitatis præcordia , ut tanquam
 pari hujus Divi Antiftitis æmulo , par quoq; honoris titulus
 Tibi meritò debeat , malleus hæreticorum , cuius ictus adeò
 proſperè diriguntur , ut etiam in durissima hæreticorum rupe ,
 vi ejus debilitatâ IESV Societatem radicasti ; nec ceſſare in-
 tendunt animi Tui conatus , priuſquam Seraphicæ humili mi-
 litiae

III 123

litiæ interris acatholicorum tentorium figant, Patriæ ac Ecclesiæ Catholicæ propugnaculum. Habes igitur Princeps Illustrissime sublimem Virtutum Theologicarum sacra insignitum Triade colossum, Tui honoris ac dignitatis sublimitas hunc sibi peroptime vendicat. Et quandoquidem hic, non omnia simul, Tua hic, annis longævis Arbiter universi Deus, ita secundet, ac felicitet Illustrissima conamina, ut hæc ærumnosa solutâ carnis mole, Eum, in quo sunt omnia simul aeternum possideas. Ita rovent.

Illusterrimæ Celsitudinis Tuæ


Humiles in Christo clientes

Studentes Theologi Generalis Studij
Tyrnaviensis.

6

1503
III 52

F I D E S. DE OBJECTO FIDEI.



I.

P Rincipale fidei objectum est ipse Deus absolu-
tè sumptus, sive sub ratione Deitatis, non verò
Salvatoris, aut Glorificatoris: Generatim verò
acceptum, est omne id, quod Deus nobis per se, vel per alios
revelavit, ac proinde multa pertinent ad habitum fidei, tan-
quam objecta materialia relata ad DEVM. Formale est
omnino prima, & infallibilis veritas DEI, revelantis ea quæ
creduntur. Hinc spectatâ præcise naturâ, perinde est, sive re-
velatio Divina sit privata, sive publica, quamvis respectu to-
tius Ecclesiæ, & ut fides extrinsecè sit certior, defacto neces-
saria sit publica, quæ fit per Ecclesiam nobis credibilia proponen-
tem.

II.

N On eodem omnes motivo extrinseco inducun-
tur ad credendum, alium enim movet miraculorum
historia, aliam consensus doctorum virorum, alium
antiquitas Ecclesiæ, alium rationabilitas eorum, quæ docet, &
exercet Ecclesia Catholica, ac irrationalitas eorum, quæ
docent, & exercentalia Sectæ: Et sic processus ille, quò quæ-
ritur, quare quis acceptaverit fidem, non est necessariò resol-
vendus in idem objectum. Etsi id, in quod extrinsecè & direc-
tivè resolvitur fides, sit auctoritas Ecclesiæ, hoc aut illud cre-
dendum proponentis, ratio tamen formalis & intrinseca, est
veritas Divina in revelando, quâ stante falsum est DEUM
unquam mentitum fuisse, aut etiam per absolutam potentiam
mentiri

4 A 2

Regi ny omnia
1309 · 15 · j · /

III 123

mentis pone, verò animus invenientia impone, minus
minus præcipere ut mentiatur,

DE HABITU FIDEI.

III.

Certum omnino est dari in nobis respectu credibilium habitum fidei infusæ supernaturalem, distinctum specie ab habitu fidei acquisitæ, & est qualitas quædam, distincta à speciebus intellectualibus, non ita simplex, ut augeri defacto non possit quoad gradus intensivos. Præter hanc autem homogeneam compositionem graduum, nullam aliam Physicam admittit, quæ fiat per quosdam partiales habitus, tanquam per partes Physicas. Præter hunc fidei habitum, nullo lumine indegemus nobis infuso, quod esset ad credendum necessarium. An vero duplex ad credendum requiratur habitus, controversum est, nos solum practicum requiri dicimus, & hoc respectu quorumcunque credibilem.

I V.

Orthodoxâ fide tenendum est, fidem non amitti per quodvis peccatum mortale, sed per solam infidelitatem, tanquam per vitium sibi directè oppositum. Formata pariter & informis, est idem numero habitus: haec est propriæ & vera virtus Theologica, non minus quam antea, dum erat formata. In justificatione hominis impij, quotiescumq; infunditur charitas, etiam simul infunditur fides, loquendo de impio infideli, qui antea caruit fide: Si autem sit sermo de impio fideli, ei non infunditur nova, sed præhabita informatur. Probabilius & verius est, aliquando infundi habitum fidei, antequam conferatur charitas, seugratia justificans.

V.

Augmentum fidei per additionem gradus ad gradum, fit per actus fidei; per accidens tamen etiam fieri

1503

III 52

habet potest per actus charitatis praeteritum intenos, sicut & per actus proprios informes: diminui verò paulatim nequit, sed quando perditur, tota simul perditur. Datur præterea in nobis fides acquisita, nitens immediatè testimonio humano, estq; habitus intrinsecè, & ex natura sua naturalis, supernaturalis verò tantum extrinsecè, & quoad modum, in quantum scilicet ultimò resolvitur in objectum supernaturale. Amit tipotest dupli modo, sicut & cæteri habitus naturales: Primo per omnimodam carentiam actuum propiorum, scilicet fidelitatis. Secundo per nimium exercitium actuum contrariorum scilicet infidelitatis.

DE ACTU FIDEI.

V I.

Ad credendum aliquid fide divinâ est omnino necessarium prævium prudens judicium intellectus, quò moraliter judicetur res fidei esse credibiles, & est secundum substantiam naturale, supernaturale verò secundum modum, spectatq; ad habitum prudentiæ, non verò fidei. Ex parte etiam voluntatis prærequiritur motio quædam seu imperium, quò intellectus ad assentiendum determinetur: Multa enim teste D. August: tract: 26. in Ioan: homo potest facere non volens, credere autem non potest nisi volens. Quid verò circa hoc Doctor noster Subtilis senserit, an scilicet in inchoantibus solùm, veletiam in progradientibus prærequiratur, nos salvo aliorum Scotistarum iudicio, in utrisq; prærequiri asserimus, non minus Tridentino Sess. 6. c. 6. quam doctissimis quibusq; Theologis arridentibus: spectatis nihilominus, quæ ad actum credendi, ut operat, sunt necessaria. Ad assensum igitur fidei imperandum datur in voluntate specialis habitus infusus, qui nec charitas est, nec obedientia aut religio, sed virtus quædam intellectum movens, & dici potest virtus credulitatis sive affectus credulitatis.

B 9

VII.

Régi NY 1309 · 18. j. /

V I I.

AS sensus fidei Christianæ, prout est dispositio ad justificationem est supernaturalis quoad substantiam, & in genere naturæ, non solum quoad modum & in genere moris. Supernaturalitas hæc ex duplice provenit capite, videlicet ex parte objecti supernaturalis, & ex parte principij eliciti, quod debet esse vel habitus infusus, vel aliud auxilium supernaturale. Hinc actus fidei ita bonus & honestus est, ut ex natura sua vitiosus esse nequeat, aut ab ulla mala voluntate imperari. Habitus ejus quoad perfectiōnem essentiālēm, perfectior est omnibus alijs habitibus intellectualibus acquisitis: Idem dic de actu, qui in cretitudine, modo scilicet tendendi certissimo, excedit omnem cognitionem naturalem. Obscurus est ex natura sua, ita ut obscuritas sit proprietas ejus intrinseca ab essentia dimanans.

V I I I.

ACtus fidei divinæ nunquam generatur per discursum, qui fiat ex proprijs principijs rei aut effectibus, ac proinde non necessariò exigit discursum saltem formalem, sed potest esse assensus simplex, nullò aliâ præviô, ex quo ille deducatur, tanquam ex sua causa vel præmissa. Non repugnat tamen actum veræ fidei, deduci per legitimam, consequentiam, ita tamen ut non innitur præcisè formæ syllogisticæ sed divinæ, revelationi virtualiter contentæ in alterutra, vel ultraq; præmissarum: Si autem innitur præcisè formæ syllogisticæ, erit consequentia theologica. Fides nullo modo stare potest cum scientia, sive clara visione objecti.

DE NECESSITATE FIDEI.

I X.

FIdem divinam secundum præsentem Dei ordinationem pro omni statu viatori fuisse necessariam apud omnes verè Catholicos in confessio est, non ut unicam causam iustificationis, ut impiè hallucinantur hæreti-

ci, sed ut humanæ salutis initium, fundamentum & radicem omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum ejus consortium pervenire, ut nos docet, ipse increatus veritatis Spiritus per Tridentinū Sessiū 6. cap. 8. Si enim salus nostra soli fidei & nequaquam operibus nostris nomine mercedis debetur, cur ergo eisdem operibus toties in sacra Christi doctrina promittitur merces? & quidem merces in cœlis? falsum igitur est, quod docet Melanchton in confessione Augustana & Apologia cap. 20. adscribi quidem operibus nostris præmium in scripturis, sed tantum tempore, in hac vita vel futura, non autem ipsam vitam & salutem æternam: Falsum etiam illud, quod Lutherolæ Saxonici, in colloquio Altenburgensi concludunt, adeò non esse necessaria bona opera, ut etiam ad salutem incommodeant, siue que pernicioſa: Quid enim te coram Iudice defendet? An sola fides: Ergonè non magis opera? quorum solum meminit Index, ab igene eos a se in ignem æternum, qui male operati sunt, quantamcunq; fidem habuerint.

X.

AD iustificationem igitur necessaria est fides supernaturalis, tūm ex parte objecti, ut feratur in objectum, quod solo naturæ lumine sine divina revelatione cognosci nequit, tūm ex parte principij eliciti, ut proficiatur ab auxilio DEI supernaturali. De explicitè credendis generaliter loquendo optima est illa S. Pauli regula, ad Hebræos XI. dicentis, Accendentem ad Deum oportere credere quia est, & quia inquirentibus se remuneratur est. Loquendo de necessitate præcepti & de his, qui communiter Christianam doctrinam audiunt, opus est, ut expressè credant potiora fidei mysteria, ut Incarnationis, TRINITATIS, Eucharistiae &c. Imò & alia quædam particularia, quæ ex ijs sequuntur, proportionaliter tamen, prout aliqui magis vel

Regi NY 1309. 18. J.

minus docti sunt, aut prout ea magis vel minus intelligere possunt.

X I.

Post lapsum Adami semper fuit medium necessarium ad salutem credere venturum Mediatorem Christum, humanum genus à peccatis liberaturum, imò ante peccatum in statu naturæ integræ, Adam habuit fidem Incarnationis Christi, non quidem ut erat remedium peccati futuri, cuius ipse pro tunc non fuit conscius, sed prout Christus erat futurus caput Ecclesiae. Ante adventum autem ejus non erat necessarium ad justificationem explicitè credere Christum futurum Deum & hominem, sicuti etiam ante promulgatum Evangelium, sufficiens fuit Fides in ipsum implicita, ut verum Deum & hominem, sive sub particulari ratione mysterij Incarnationis.

X I I.

Singuli homines ex necessitate præcepti tenentur scire eos articulos, qui in Symbolo Apostolico continentur, saltem quoad eorum Substantiam, & quatenus à rudioribus communiter concipi possunt, ac proinde loquendo de communi plebe, singuli tenentur explicitè credere, ea mysteria fidei, quæ pro captu addiscere possunt. Parochi verò, concionatores, & similes quibus incumbit alios in rebus fidei instruere, non solùm tenentur suprà dicta explicitè credere, sed etiam ita scire, ut possint ea cæteris pro munere suo explicare. Episcopi etiam explicitè credere tenentur omnes articulos, non solùm illos particulariter cognoscendo, & ordine quodam distinguendo, verùm etiam omnes illorum difficultates percipiendo, ita scilicet, ut sciant illorum rationes explicare, fidelibus persuadere, & eosdem ab hæticorum solitis calumnijs defendere.

A T T.

NEgativum præceptum non dissentiendo articulis fidei, postquam sufficienter nobis propositi sunt, tanquam a Deo revelati, omni tempore, & respectu omnium articulorum fidei nos obligat, ita ut si minimum fidei Christianæ dogma pertinaciter quis in dubium revocet, etiamsi cætera omnia se credere dicat, infidelis & hæreticus sit: Ille enim non habet veram fidem, qui non paratus est credere omnia, quæ à Deo revelata, & ab Ecclesia credenda proposita sunt, sed qui negat aliquem articulum, etiamsi dicat se alios acceptare, non est paratus credere omnia, quæ à Deo revelata, & ab Ecclesia credenda proposita sunt, ac proinde non habet veram fidem. Secus est de præcepto affirmativo exercendi actum internum fidei, qui non omni tempore, sed in certis duntaxat casibus obligat.

DE EXTERNA CONFESSIOINE FIDEI.

X I V.

Certâ fide tenendum est, nunquam etiam obmetum mortis licere exterius negare fidem, quantumvis interius integrè servetur: Unde non solùm is peccat mortaliter, qui ob metum mortis aut fidem simpliciter, aut aliquem ejus articulum negat, sed etiam qui negat se esse Christianum aut Catholicum, vel etiam Papistam apud nostros hæreticos; qui per Papistas intelligunt Catholicos, seu Romanum Pontificem Supremum Ecclesiæ caput agnoscentes. Excipe casum, si gens aliqua bellum gereret cum Christianis, non causâ fidei, sed ob alias causas merè politicas & civiles: Vel si Princeps aliquis aut Respublica Catholica cum Summo Pontifice ob similes causas, tunc enim incidens in hostes sine periculo fidei negare potest se esse Papistam.

Reg. N.Y.O. 1309 · 15 · J · /

X V.

Si quis interrogetur à potestate publica de sua religione, tenetur confiteri se esse Christianum vel Catholicum, non autem si à privata persona, in cuius cura non esset hoc positum, sic enim posset dissimulare vel tacerre, aut certis verbis eludere interrogantem; tempore vero persecutionis potest quis licet fugere, ne teneatur confiteri fidem, dummodo non sit talis persona, ob cujus fugam scandalum & periculum subversionis imineret; Si enim gubernator navis in tranquilitate non debet descrere navim, multo minus in tempestate. Idola per simulationem adorare, aut incensum eis adolere, absolutè illicitum est.

X VI.

Sacramenta communicare cum hæreticis de se non est licitum, Eucharistia sumere semper illicitum, quod, regulariter loquendo, etiam intelligatur de Baptismo, nisi scilicet extrema necessitas aliud expostulet, nam in tali casu, ubi nullus Catholicus adest, licet suscipitur ab hæretico: Ubi tamen advertendum, suscipiendum potius esse à minimo Catholic, etiam si foemina sit, modo sit prudens, & sciat modum baptizandi, quam à doctissimo prædicante, nam cæteris paribus melius est Sacramenta communicari Catholicis per Catholicos, quam per hæreticos, præferim cum hæreticus prædicans, æqualis, immo minoris potestatis sit, quam fidelis Vetera Catholica. In matrimonij Sacramento excusat consuetudo & moralis necessitas, quæ vigeat certis in locis, ubi Catholici cum hæreticis permixti manent.

X VII.

Hæretorum adire conciones per se non est signum professionis falsæ fidei, ob varios enim fines id fieri potest, & multi etiam noti Catholic, eas aduent sine ulla suspitione hæreseos, ac proinde ob justam probabilitatem

Dabuntur cauam id hæc nec poterit, quando avertit omne periculum subversionis, aut scandali: Id nihilominus practicandum est solis viris solidis & doctis, & quibus ex causa aliqua subest rationabile fundamentum tales conciones audiendi, alioquin rudes exponunt se periculo perversiois: Præterea thesis intelligatur seclusis circumstantijs malis, si enim v. g. sit lex constituta, ut omnis ingrediens templum hæretorum censeatur hæreticus, aut alia similis, ex qua sequatur manifesta, aut implicita abnegatio fidei, & grave scandalum in pusillis, tali casu non licet ingredi: Unde satis constat illos non bene facere, qui ex sola curiositate eas adeunt conciones.

DE VITIIS OPPOSITIS FIDEI.

X VIII.

Quemadmodum actus virtutis fidei dicitur credulitas seu fidelitas, ita actus eidem oppositus, dicitur incredulitas seu infidelitas: Unde tres communiter assignantur species infidelitatis: Velenim fides nec est recepta in se vel in figura, & sic est paganismus: Vel si sit recepta in figura, non tamen in ipsa re figurata, præsertim si figura adveniente ipsa re sublata sit, & est Iudaismus: vel denique si fides sit suscepta in seipsa, & per errores destruatur, & tunc est hæresis, quæ nihil aliud est, quam: voluntarius error, contra aliquam fidei veritatem, cum pertinacia assertus ab eo, qui fidem recepit. Probabilis est, istas tres infidelitatis species non distinguat essentialiter in ratione malitiæ seu peccati, sed solum accidentaliter, prout scilicet graviores circumstantiae reperiuntur in ea quam in alia.

XIX.

His tribus subordinantur apostasia & blasphemia: apostasia est recessus totalis a fide, & omnibus ejus articulis. Blasphemia (quantum ad propositum) est maledictio, sive injuria in uestio in res fidei: Generaliter

III 123

III 52

603/309.13.3.3.

ter autem loquendo, blasphemia eit quæcunque maledicenti, poterit eam tollerare tanquam minus malum ad evitan-
execratio, detrahens rebus sacris & divino honori, ac proin. dum majus, quod alioquin sequeretur: Nec est par ratio de
dè gravissimum peccatum est, & multum auget malitiam Iudeis, qui licet tollerantur; Primo, quia hi profunt bono
peccati infidelitatis, adeò quod vix per invincibilem ignoran. publico, & nunquam turbarunt pacem Reipublicæ, ut hære-
tiam excusari possint hæretici vel Paganj blasphemantes, cùm tici; Secundò, de illorum secta vix est timendum, ut ab ali-
hoc sit contra jus naturæ lumine cognitum.

X X.

AD determinandum autem, quænam ex dictis cunt, cum è contra hæretici hæreses suas ita Evangelij melle
infidelitatis speciebus deterior sit, observare hic vo. Iniant, ut facile quosvis obvios decipere possint, ac proinde
Iuimus ex S. Thoma 2. 2. q. 10. a. 6. infidelitatem ut pessima pestis vitandi sunt: Tertio, Iudeorum fides figu-
posse dupliciter spectari: Primo, ex modo contradicendi ra est fidei Catholicæ, & ideo quandam cum ea habet conve-
fidei: Secundò, ex parte materiæ seu articulorum, quos ne- nientiam, qualem scilicet figura cum figurato, at hæresis in-
gat: hæresis igitur omnium pessima est ex primo capite, quia ventum humanum est, & toti Divinæ legi contraria.
contradicit fidei susceptæ: Econtra verò ex secundo capite
paganismus est pessimus, quia plurimos articulos fidei negat:
absolutè tamen hæresis omnium perniciosissima est, testante
D. Chrisosthom. 50. ad Popul. Antioch: Ubi loquens de ijs,
qui dicunt se Christianos, & tamen negant futuram vitam,
ait; *nunquam talcm Christianum dicam, sed potius gentilibus* 3. insignes eorum virtutes describens dicit: *Erunt homines
pejorem:* Et ratio etiam est, quia hæretici, vel aliquan- seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemæ, parentibus non
do fuerunt Catholicæ, vel saltē muniter baptizati sunt, obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminato-
atque ita in militiam Christi, ut veri ejus milites inscripti, ve- res, incontinentes immites, sine benignitate, proditores, proter-
rum Christianæ militiæ signum, seu Sacramentum suscep- vi, tumidi, habentes speciem quidem veritatis, virtutem autem
runt, quare à fide deficientes longè peiores sunt alijs, qui hoc ejus abnegantes, voluptatum magis amatores, quam DEI, &c.
nunquam suscepserunt, cuius rei exemplum nunquam huma- En quanta & quā multa hæreticorum flagitia; An putas
nis sufficierenter deplorandum lachrymis habemus in Luthero eos, qui hujusmodi improbitatis pleni sunt promissam fi-
& Calvino hæresiarchis, quibus (sicut & eorum affecclis) me- dem servaturos? non est verisimile; Unde adjecit Apo-
lius erat non agnoscere viam iustitiae, quam post agnitionem re- stolus, & hos devita. Loquendo de pacto merè civili,
trorsum reverti, ab eo quod illis traditum est. 2. Petr. 2.

X X I.

PRinceps aut Magistratus Catholicus debet om-
nibus modis impedire libertatem religionis; si tamen
id facere nequit sine graviori incommodo boni pu-
blici,

quo Christiano suscipiatur, ut potè quæ est in communi abo-
minatione, nec ipsi ad hoc Catholicos solicitant, aut indu-

X X I I.

CUm hæreticis non facile incundi sunt contra-
ctus, conventiones, foedera, sive privata, sive publi-
ca: Suadet hoc ipse D. Paulus, qui 2. ad Timoth. 3. insignes eorum virtutes describens dicit: *Erunt homines
pejorem:* Et ratio etiam est, quia hæretici, vel aliquan- seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemæ, parentibus non
do fuerunt Catholicæ, vel saltē muniter baptizati sunt, obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminato-
atque ita in militiam Christi, ut veri ejus milites inscripti, ve- res, incontinentes immites, sine benignitate, proditores, proter-
rum Christianæ militiæ signum, seu Sacramentum suscep- vi, tumidi, habentes speciem quidem veritatis, virtutem autem
runt, quare à fide deficientes longè peiores sunt alijs, qui hoc ejus abnegantes, voluptatum magis amatores, quam DEI, &c.
nunquam suscepserunt, cuius rei exemplum nunquam huma- En quanta & quā multa hæreticorum flagitia; An putas
nis sufficierenter deplorandum lachrymis habemus in Luthero eos, qui hujusmodi improbitatis pleni sunt promissam fi-
& Calvino hæresiarchis, quibus (sicut & eorum affecclis) me- dem servaturos? non est verisimile; Unde adjecit Apo-
lius erat non agnoscere viam iustitiae, quam post agnitionem re- stolus, & hos devita. Loquendo de pacto merè civili,
trorsum reverti, ab eo quod illis traditum est. 2. Petr. 2.

C 17

XXIII.

III 123

A A T T I .

Punire hæreticos licitum est ac sanctum, dummodo id fiat ab habente potestatem. Thesis præterea est de ijs, quise signis externis produnt esse hæreticos, non autem de alijs, quoad actus internos, quos Ecclesia punire nequit, utpotè quæ de talibus non judicat. Excommunicatione prima pœna est à jure Canonico hæreticis irrogata. Spectato præcisè jure divino, naturali aut positivo, nullus hæreticus ob solum crimen hæresis privatur dominio, aut jurisdictione in temporalibus: Spectato verò jure Ecclesiastico, statim ac hæreticus, externo aliquo signo suam hæresim declarat, ipso facto incurrit confiscationem omnium honorum; Nam cùm hæretici sint hostes Ecclesiae & fideliūm, ideo, ut debilitentur vires eorum, privandi sunt bonis temporalibus, quibus homines ad persequendos hostes maximè juvari solent. Hæreticus tamen non tenetur ante iudicis sententiam se ijs spoliare, aut ea Fisco tradere.

X X IV.

Hæretici præterea varijs modis possunt vexari, carcerari, & denique capitibus pœna pertinaces mulctari, cum utramque turbent pacem: Primum quidem & perse pacem Ecclesiae, quæ consistit in unitate fidei, Ephes: 4. *Vnus Dominus, una fides:* Deinde, ac per consequens pacem Reipublicæ, quæ sine eadem unitate fidei conservari vix potest; ubi enim est publica animorum dissensio, quomodo ibi pax externa erit integra? Non enim ineptè locutus est Christus, cum dixit, *omne regnum in seipsum divisum defibatur.* Testantur hoc innumera exempla hæreticorum: Quas enim turbas in toto oriente non concitarunt Ariani? Quas in Græcia Macedoniani? Quas in Africa Donatistæ? Quas in

imperio

18

III 52

imperio Romano iconoclasti, & Adigenies? Lutherani in Germania? Calvinistæ in Hungaria? Hussitæ in Bohemia? etiam cum ea, quam tot annis videmus, luctuosissima regnum eversione: Nam ubi hæresis, ibi superbia, ubi superbia, ibi discordia, ergo cùm hæretici à nobis dissident, in Sacramentorum administratione, si templa & Monasteria revertunt, si altaria & imagines destruunt, si Episcopis & Clero illestant, si ritus & cæremonias Catholicorum rident, si sacrificia, jejunia & dies festos execrantur, & generaliter omnia bona opera reijciant, quomodo etiam in rebus politicis pacem & concordiam nobiscum habebunt?

X X V.

His quibus imminet perversionis periculum ex lectione librorum hæreticorum jure naturæ prohibita est illa lectio: Iure quoq; Ecclesiastico absolutè prohibitum est eos legere quibuscumq; personis etiam doctissimis, sub pœna excommunicationis, nisi habeant specialem ad id facultatem, à Summo Pontifice, vel ejus delegato. Nec obstat, quod plerumq; multa bona ac utilia in se contineant, Nam junta S. Hieronymum epist: 7. ad Lætam, *venena non dantur, nisi melle circumlitæ:* Non etiam par est ratio de libris gentilium, Origenis item & Tertulliani, quos Ecclesia tolerat, quia libri gentilium, ut constat, nulli possunt esse periculo, cum sint planè contra rationis lumen, & totam fidem, Christianam: nec fallunt sub nomine Christiano, ut faciunt hæretici: Libri quoq; Origenis, & Tertulliani, ideo permituntur, quia hæreses eorum, iam pridem sine spe suscitationis sepultæ sunt: Nam hic inter reliqua docebat, duas quadragesimas v. I tres Christianis esse servandas, & secundas nuptias esse illicitas, nostri autem hæretici, nec unam servant, & non solum ad secundas, sed etiam ad tertias & quartas proce-

C 2

dunt,

19

III 123

III 52

aunt, ut metuenda non sit, ne in errores iterum ab eis pontificis cum eum evigunt, non dant ipsi potestatem in Ecclesiam, sed solùm determinant personam, cui Christus immediè per se confert Pontificiam potestatem. Si spectemus Pontificem, in quantum cum generali Concilio aliquid definit & proponit credendum, immo & circa mores pertinentes ad bonam vitam instituendam, eo sensu absolutè errare non potest, sicut nec ut conditius ab Ecclesia, cùm eam & Adam in Paradiso, tām actualem, quām habitualem. In damnatis verò nulla manet, infusa seu supernaturalis, ac proinde nequeunt elicere verum actum fidei, non solùm supernaturale, sed etiam naturale, quā scilicet aliquid credant, immediate & præcisè propter authoritatem Dei id revelantis: Probabile tamen est in eis manere, acquisitam, saltem quoad habitum, si non quoad actum. Beati carent tam actu quām habitu: non ita animæ existentes in purgatorio, quæ, cum necdum clarè videant Deum, verè adhuc peregrinantur à Domino, & consequenter ambulant per fidem, & cum nondūm ijs advenerit, quod perfectum est, nondūm debuit in ijs evanescari, quod erat ex parte.

DE SUBJECTO FIDEI.

XXVI.

Angeli in uia existentes habuerunt fidem, sicut non & Adam in Paradiso, tām actualem, quām habitualem. In damnatis verò nulla manet, infusa seu supernaturalis, ac proinde nequeunt elicere verum actum fidei, non solùm supernaturale, sed etiam naturale, quā scilicet aliquid credant, immediate & præcisè propter authoritatem Dei id revelantis: Probabile tamen est in eis manere, acquisitam, saltem quoad habitum, si non quoad actum. Beati carent tam actu quām habitu: non ita animæ existentes in purgatorio, quæ, cum necdum clarè videant Deum, verè adhuc peregrinantur à Domino, & consequenter ambulant per fidem, & cum nondūm ijs advenerit, quod perfectum est, nondūm debuit in ijs evanescari, quod erat ex parte.

DE POTESTATE SUMMI PONTIFICIS & Conciliorum circa res fidei

XXVII.

Monarchicum Ecclesiæ regimen & potestas universalis non residet in tota aliqua hominum congregacione, sed in uno tantum homine. Christus Dominus igitur omnino reliquit aliquem visibilem Vicarium in terris, qui ejus loco Ecclesiam gubernaret, qui quidem fuit S. Petrus Apostolus, cuius verus & legitimus successor est Romanus Pontifex. Primum hunc Petro collatum Christus voluit in Successoribus esse perpetuum. Electores Ponti-

Et quia Concilium cum Pontifice concurrit ad controversias fidei dirimendas, idcirco hic breviter dicere voluimus, quanta, qualis, & quæ sit ejus auctoritas in causis fidei definiendis. Est igitur Concilium: congregatio primorum Ecclesie, sub uno certo capite, ad controversias fidei discutiendas, legesq; universales, ad totius Ecclesie mores spectantes, condendas. Sunt autem Concilia Ecclesiæ non tantum de jure naturali, sed probabilius etiam Divino, cùm non solùm jus naturæ dicet, in gravioribus causis convocandos esse viros, auctoritate & doctrina in Ecclesia pollentes, sed etiam jus Divinum id insinuat Matt: 18. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: Præterea Apostoli Acto: 19. in Concilio confidenter dicunt. Visum est Spiritui Sancto & nobis, ac proinde ex Spiritu Sancto sunt Concilia: Est autem Concilium quadruplex, Generale, Nationale, Provinciale, & Diocesanum.

XXIX.

Concilium Generale congregare non est Cæsarialis, aut alterius Principis, sed solius Romani Pontificis, supremam in Ecclesiam potestatem habentis. non enim ad oves, sed ad Pastorem spectat gregem congre-

C 3

gare.

III 123

gare. Concilium a Papa approbatum tam in rebus fidei, quam in bonis moribus errare non potest, cum sit repræsentans totam Ecclesiam, quæ errare non potest, quippè quæ est *columna, & firmamentum veritatis, contra quam portæ inferi non prævalebunt:* Datur in Ecclesia Dei, regula infallibilis autoritatis, & magistra veritatis, in proponendis, definiendisque rebus fidei, quam omnes sequi tenentur. Hæc non est scriptura Sacra, non privatus Spiritus revelans cujuscunque, ut somniant hæretici, sed omnino dicendum est, hoc iudicium à Christo commissum esse ijs, qui hic visibiliter Ecclesiam ipsius nomine regunt; ut sunt Episcopi, & præcipue summus Ecclesiæ Episcopus, Christi in terris Vicarius, cui in persona Petri Ioan: 20. singulariter dicitur, *pasce oves meas.*

DE SCRIPTURA SACRA EIUS- que multiplici sensu.

X X X:

AD complementum hujus materiæ aliquid dicendum restat de sacra scriptura; nam unde hæreses plerumque nisi ex mala intellectione scripturæ? dūm enim hæretici inhærent literæ, relictis sensibus mysticis, necesse est, ut peream occidantur, ac proinde multipliciter errent. Est igitur sensus sacrae scripturæ primâ sui divisione duplex, literalis scilicet & spiritualis, seu mysticus: literalis est, qui immediatè per voces significatur: spiritualis, qui per res vocibus significatas. Literalis aliis est proprius, aliis metaphoricus: proprius est quando vox sumitur in sua propria significatione, ut, *in principio creavit Deus cælum & terram:* metaphoricus, qui per metaphoram seu translationem aliud significat, ad similitudinem alterius vocis, à qua fit translatio, ut, *ego sum vitis, vos palmites.* Spiritualis etiam triplex

22

III 52

triplex eit, allegoricus, anagogicus, & moralis: allegoricus est, qui pertinet ad fidem vel Ecclesiam militantem: anagogicus qui ad triumphantem: moralis qui ad bonos meres, seu ad vitam bene iustituendam.

X X X I.

NOs Catholici utimur veteri ac vulgatâ versione, quæ jam multis sæculis in Ecclesia viguit, & communis Christianorum consensu recepta est. Hanc reiçiunt hæretici, & in ejus locum non unam aut duas. Sed propè infinitas suis asseclis obtrudunt; nam alia est versio Lotheri, alia Calvini, alia Oecolompadij, alia Bezæ, alia Münsteri, alia aliorum quæ omnes inter se dissident: unde multo feliores Catholici, qui unam certam, constantem, ac uniformem sequuntur editionem, & tametsi toto orbe diffusi sint, unâ tamen loquuntur lingua & iisdem Spiritus Sancti verbis, ac formulis utuntur: his recte accommodari potest illud Gen: 11. *erat autem terra labij unius, & sermonum corundem:* hæretici vero quod sequitur, *vocatum est nomen ejus Babel, quia ibi confusum est labium universæ terre.* Præter verbum Dei scriptum, datur etiam non scriptum, sive traditum, ut patet ex plurimis utriusque paginæ locis.

S P E S.

DE VIRTUTE SPEI, EIUSQUE objecto.

X X X I I.

Explícata natura fidei, ad secundam virtutem Theologicam transimus. Est igitur spes; *certa expectatio*

23

Régi nyomtatványok, Püspöki könyvtár, Kassa:
/309.ig.j./

III 723

Etatio futura beatitudinis, proveniens ex gratia & meritis. Est vera virtus, à fide & charitate distincta, non solum quando est charitate formata, sed etiam quando est informis, & ab ea se-juncta, manet enim intrinsecè eadem, voluntatem inclinans ad operandum, uti fides etiam informis, & à charitate se-p- rata, est vera & propriè virtus intellectualis, inclinans intelle-ctum ad credendum propter autoritatem Dei attestantis, non enim à charitate habent, quòd sint intrinsecè virtutes, sicut nec habent, ut sint habitus super naturales per se infusi, sed tantum, ut siut de condigno meritorij salutis.

XXXII.

Primaria & præcipua materia spei est Beatitudo æterna. Objectum ejus immediatum principale, est ipse Deus, seu beatitudo objectiva, formalis verò non nisi propter objectivam: minus principale verò sunt omnia bona tam naturalia, quam super naturalia, prout ad æternam beatitudinem consequendam conducunt, ut sunt gratia justificans, lumen gloriæ, aliaque Divina auxilia, nobis ad salutem adipiscendam necessaria; item beatitudo corporis, quia etsi beatitudo essentialis consistat in sola visione & fruitione Dei, tamen beatitudo corporis, aliaque similia ad beatitudinem accidentalem spectantia, efficiunt, ut totus homo Deo melius & convenientius fruatur. Formale spei objectum non est Deus, ut adjuvans nos ad beatitudinem consequendam, sed ipsa bonitas Divina, quatenus speranti bona est, & communicabilis per formalem beatitudinem.

XXXIII.

Verâ spe Theologicâ non possum alteri sperare beatitudinem, præcise ut alterius beatitudo est, pos- sum.

24

III 52

Sum tamen sperare, non quidem in quantum ipsi bona est, sed in quantum aliqualiter mihi bona est v. g. quia est meus amicus vel proximus: unde quando S. August: Serm: 11. de verbis Dom: ait, de nullius salute dum vivit, desperandum esse, loquitur non de Spe Theologica, sed latè sumpta; quâ ratione etiam possumus dici sperare omne bonū futurū, sive nostrum sive alienū, sicut fide latius sumptâ dicimur credere etiam ea, quib⁹ ob solam eorum evidentiam assentimur. Licitè facimus bona opera spe mercedis æternæ, ac proindè licitè etiam ac honestè spem aliquam & fiduciam ex bonis operibus, quæ scimus nos fecisse, concipimus.

XXXV.

Si quis expressè cogitet de vita æterna, & de bonis temporalibus, ac eligat propter illa facere ali- quod bonum præcisè, non referendo ipsa implicitè vel explicitè ad bona æterna, hic illicitè agit, & peccat, quia manifestè invertit ordinem rerum sperandarum; res enim naturales dantur propter supernaturales, & si promittuntur à Deo, promittuntur propter supernaturales, ac per conse- quens invertit ordinem à Deo intentum, qui volens relin- quit æterna, & desiderat sola bona temporalia, nec ista di- rigit ad illa, cum optimè possit, supposito quòd habeat pro tunc distinctam cognitionem bonorum æternorum, & ulterius præfert temporalia æternis, & commodum corpo- ris commodo animæ, quæ omnia inordinata sunt. Lo- quando tamen de natura rei, de se illicitum non est facere bona opera ob bona merè temporalia, modò hæc implicitè, vel explicitè referantur ad æterna.

XXXVI.

Spes est imperfectior charitate, perfectior fide. Est nobis ad salutem omnino necessaria, ac proindè

III 723

Etatio futura beatitudinis, proveniens ex gratia & meritis. Et

certis temporibus, ad actum spei eliciendum obligamur. In infusione ejus, talis servatur ordo, quod quando simul tempore infunduntur omnes tres virtutes, prius naturâ infunditur fides, deinde spes, ultimo charitas: loquendo autem conformiter ad superius dicta, aliquando prius tempore infundi potest fides quam spes, & spes prius quam charitas, nunquam è contra, quia fides est fundamentum, spes ædificium, & charitas ædificij consummatio. Generaliter omnes illi carent spe, qui possident objectum speratum, aut quibus illud non est arduum, absens &c. Certum est habitum spei non corrupti per quodvis mortale, ac per consequens manet in peccatoribus sine charitate: corruptitur autem per quemvis actum, quod quis desperat de salute, vel de aliquo medio necessario ad salutem, sicut etiam per actum hæresis seu infidelitatis.

DE VITIIS OPPOSITIS SPEI.

XXXVI.

DEsperatio formaliter consistit in fugâ voluntatis, quâ fugit beatitudinem, quam sperare deberet: in intellectu tamen debet præcedere judicium, quod quis judicet, salutem sibi esse impossibilem, & sic desperatio pro aggregato importat duos actus peccaminosos, unum in intellectu, qui se habet ut conditio ad alterum, alterum in voluntate. Est ex genere suo peccatum majus infidelitate, minus odio Dei. Potest Deus de potentia absoluta revelare alicui suam finalem damnationem, non solùm quatenus actualiter existit in peccato, sed etiam quatenus est in gratia, dummodò finaliter sit perseveraturus in peccato, & sic damnandus: si talis certò sciat eam revelationem non esse comminatorm, sed absolutè assertoriam, nullo

III 52

nullo modo verè sperare potest suam beatitudinem, imò probabiliter, peccaret sperando: non etiam teneretur desperare, sed posset esse neuter, committendo se Deo: vel verò posset licite desperare, quod sensu desperatio non esset peccatum.

XXXVII.

PRÆSUMPTIO duplex est: una, quâ quis præsumit, se proprijs viribus sine Dei supernaturali auxilio posse beatitudinem consequi, prout faciebant olim Pelagiani: alia verò, quâ quis præsumit, se sine meritis, solum Dei misericordiâ, & liberalitate, veniam peccatorum, & beatitudinem obtentur, ut nunc faciunt Lutherani. Utraq; est valde grave peccatum; nam prior multum detrahit dignitati cœlestis illius beatitudinis, dum reputat eam tam, quam operibus, viribus naturæ factis, possimus promereri: posterior verò multum derogat justitiæ Dei, quæ exigit, ut peccata non maneant impunita, & ut cœlestis gloria merentibus detur. Lutherana hæc multò peior ac perniciosior est quam Pelagiana, quia tollit omnem timorem Dei, & omne frœnum, quod homo à peccatis possit revocari, atq; ita ei est occasio sequendi in omnibus suas cupiditates, eum ad infernum tandem detrahentes.

CHARITAS.

DE CHARITATE IN SE EIUSQUE objecto.

XXXIX.

CHaritas, uti generatione postrema, ita perfectione & dignitate prima, arctius intimuq; homi-

III 723

Etatio futura beatitudinis, proveniens ex gratia & meritis.

nem cum Deo stringit, & animam æterno Verbo maritat; est enim teste Bern: Serm: 38. in Cant: *Spiritualis sancti con-nubij contractus*: hæc sola, inquit August: tract: 5. in Epist: Ioan: *discernit inter filios Dei, & filios diaboli*; quippè quæ prov. 10. *universa operit delicta*. Est igitur Charitas non ipse Spiritus Sanctus, sed qualitas seu habitus creatus. Objectum ejus formale non est Deus ut auctor rerum supernaturalium, non Deitas ut Deitas, sed ipsa bonitas Dei, quæ in se infinitè bonus & perfectus est, secundùm omnem rationem entis, sine ullo ordine ad bonum nostrum, vel res supernaturales creatas ad nos ordinatas. Mutua inter Deum omnesq; justos charitas habet rationem veræ amicitiae, ut patet tūm ex conditionibus ad tales amicitiam requisitis, tūm ex effectibus ab ea procedentibus.

X X X X.

Charitas infusa est unus specie habitus, ab habitu charitatis acquisitæ essentialiter distinctus. Præterea est perfectissima virtutum, tam moralium, quām Theologicarum, & dicitur earum forma per extrinsecam denominationem, eò quòd ipsis det esse meritum, non autem quòd eas physicè informet, vel quòd ipsis det esse virtutis. Non distinguitur realiter à gratia justificante, sed est unicus numero habitus, quò reddimur formaliter Deo grati & simul dispositi in actu primo ad amandum Deum supernaturaliter. Defacto eam implicare simul cum peccato mortali, non verò per absolutam Dei potentiam, non quidem in quantum est forma Deo reconcilians, sed in quantum est qualitas spiritualis, potens inhærere animæ, & ipsam denominare, non secus quām character, aut similis alia forma spiritualis.

28

D E

III 52

DE SUBJECTO, INCREMENTO ET diminutione Charitatis.

X X X X I.

De fide est, inter homines justos alium aliò esse justiorem sive Sanctiorem, ac proinde charitas, sive gratia justificans in nobis hic crescere potest. Incrementum hoc fit per additionem gradus ad gradum, sicut in intensione qualitatum naturalium, physicè quidem, & effectivè à solo Deo, meritorie verò ab homine justo, qui per quemvis ejus actum meretur augmentum, sicut & per alia bona opera, in gratia elicita. Non videtur ullo modo probabile, habitum charitatis minimi Beati esse intensiorem maximā charitate cujuscunq; justi in via, etiam si excipiamus B. Virginem: & consequenter multi in hac vita habent habitum charitatis longè intensiorem habitu multorum beatorum.

X X X X I I.

Fide etiam certum est, charitatem sive justitiam semel habitam posse amitti, & hoc non per solum peccatum infidelitatis, sed omnino per quodvis peccatum mortale: venialia verò non diminuunt gradum ejus intensionem intrinsecè, sed solùm extrinsecè, minuendo scilicet ipsis fervorem, & constantiam in operando, atq; ita efficiunt, ut actus minus perfectiores eliciat, & frequentata paulatim disponunt ad peccandum mortaliter: hinc est illud D: August: serm. 41. de sanctis, ubi suadet, ut dando eleemosynas, ac parcendo alijs, qui in nos peccarunt, redimus peccata venialia, quæ quotidie cmmittimus, ne forte, inquit simul collecta cumulum faciant, & demergant animam.

29

D E

III 723
Ratio futura beatitudinis, proveniens ex gratia & meritis. Eit

DE ACTU CHARITATIS.

X X X X III.

Actus charitatis patriæ, & actus charitatis viæ differunt primò, numero: Secundò, ut perfectum & imperfectum, nam patriæ, quia est circa objectum clarè visum, consequenter est perfectior, perfectione ad summum extrinseca, quām actus viæ, qui est circa objectum ænigmaticè solūm per fidem ostensum: Tertiò, ratione duratioñis, nam patriæ est continuus, viæ non: Quartò ratione intentionis, secundum eos qui docent, actum patriæ esse intensiorem actu viæ, quod verum quoque est in eodem subjecto: Si verò sermo sit de diversis objectis, potest dari actus charitatis intensior unius justi in via, quam alterius beati in patria.

DE OBJECTIS MATERIALIBUS Charitatis.

X X X X IV.

Deus, ut potè summum bonum, super omnia omnino diligendus est, juxta illud Deut: 6. & Matt: 22. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, exto- tamente tua, ex tota anima, & viribus tuis &c.* Ubi per cor intelligitur voluntas, per totam mentem, totus intellectus & ejus operationes, per totam animam omnes vitales functiones, quatenus voluntatis imperio subesse possunt, per vires omnes potentiae, ut in quoscunque pergere possunt, iij omnes tendant in Divinam dilectionem. Summitas dilectionis, quā tenemur Deum super omnia diligere, non opus est ut sit intensiva, sed sufficit appetitiva: Præceptum tamen hoc non solūm requirit actum externum, qui consistat v. g. in

III 52
observantia mandatorum, sed etiam internum, qui sit vera dilectio, proficiscens, ab habitu charitatis.

X X X X V.

Si loquamur de dilectione, prout respicit Divinam bonitatem relucentem in proximo, teneor aquè diligere eum sicut meipsum. Loquendo etiam de rebus salutis, teneor proximo ita eas velle sive optare, sicut mihi ipsi, ita tamen, ut velle, seu optatio prius terminetur in me, quām in proximum. Non licet ulli exponere se morti, præcisè pro conservanda corporali vita alterius privatæ personæ; Secus est pro conservando publico bono communis. Si adsit necessitas salutis proximi, licetè quis potest exponere vitam, ut ille liberetur à periculo damnationis, si aliter liberari non possit: Intellige tamen, si & hic aliunde non sit in periculo damnationis, alioquin magis tenebitur propriam vitam custodire quām proximi. Inimicum in sensu composito, seu malitiam ejus, non teneor diligere, sed potius odisse, teneor tamen, in quantum proximus meus est, sive in quantum capax est ejusdem divinæ hæreditatis mecum.

DE VITIIS CHARITATI

oppositis.


X X X X V I.

Odium, est nolitio, abominatio, vel detestatio Divinæ bonitatis in se, aut proximieam participantis. Acedia; tristitia de bono Dei, à quā profluit specialiter, torpor ad Divinum cultum & segnities in spiritu-alibus. Invidia, tristitia de bono proximi, unde pullulant varij effectus, ut rancor, sinistræ machinationes. Discordia,

III 723

ratio futura beatitudinis, proveniens ex gratia & meritis. Est
dia, dissensio animi cum proximo in rebus spiritualibus, vel
ordinatis ad spiritualia. Contentio, altercatio verbalis mu-
tua, procedens ex discordia animi, & turbans pacem inter-
nam. Schisma, dissensio propriè, quà quis se separat ab uni-
tate Ecclesiae, quam charitas efficit. Seditio, dissensio inter
Cives aut regnolcas. Scandalum, notoria perpetratio pec-
cati, ex qua proximus offendit, & peccati occasionem su-
mit. Bellum de se licitum est, dum sequentes adsunt con-
ditiones, videlicet, legitima auctoritas indicendi bellum, ju-
sta causa, & recta intentio, ita ut si aliqua harum desit, bel-
lum erit illicitum: Potest ex utraque parte esse justum
formaliter, non vero materialiter, multominus,
formaliter & materialiter utrinque.

OMNIA AD LAUDEM ET GLORIAM
Omnipotentis DEI.



T Y R N A V I Ā E,
Typis Academicis, per Philippum Iacobum
Maurum.

32

III 52

Conception
LXVIII

Matrimonio. Pater Noe

Secreta Sacerdotū que in missa
sa teneri debent. multum utilia. Collectum p venera-
bilem magistrum Heinricū de Hassia. Incipit feliciter.

Régi nyomtatványok, Püspöki könyvtár, Kassa:
/309.ig.j./